

1226

SOLLEMNITATEM DVPLICEM
 ALTERAM QVA
 AVDITORIVM IVRECONSULTORVM
 I M A G I N E
 FRIDERICI AVGVSTI
 PRINCIPIS ELECTORIS SERENISSIMI
 PRIMVM EXORNATVM CONSPICIETVR
 ALTERAM QVA
 SVMMI IN VTROQVE IVRE HONORES
 CANDIDATO CLARISSIMO
 M. IOANNI GODOFREDO QVANDTIO
 LIPSIENSI
 TRIBVENTVR
 IN DIEM XXX. APRILIS A. MDCCCLXXXVIII.
 INDICVNT
 ORDINARIVS SENIOR
 ET CETERI DOCTORES
 FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS

Aug. 1788

His majestatis

XT. 1.

Hist. liter.
 454,40

SOLLEMNITATEM DACTILEM

ALTISSIMA

AVTTOETIMMUNOONVLTOTVM

YMAOIME

FRIEDERICI AVGVSTI

IN REGIA UNIVERSITATE

PHYSICAE ET MATHEMATICAE

ALTISSIMA

BYMITHYKOOVEE THE HONORIS

CANDIDATI

M. JOHANNI GODEFRIDO QVANDTIO

PHYSICAE

TRIVERTY

IN DIVINA ACADEMIA

PHYSICAE

ORDINARIUS SENIOR

PHYSICAE

PHYSICAE

VI

*De disputatione super causis illustribus a priuato auctore
caute instituenda.*

Postquam nostri seculi audacia eo processit, vt sentien-
di libertatem generi humano diuinitus concessam et a bo-
nis principibus ad formanda ciuium ingenia atque barba-
riem dispellendam egregie sustentatam in licentiam potius
ac impudentiam conuertere malint, qui siue famis auer-
tendae causa, siue vanam gloriolam inde quaerentes, siue
insigni Ludouicos aureos corradendi cupidine allecti, siue
solo maligno cauillandi pruritu abrepti, siue in nugis et fa-
bulis sibi placentes, omnia, quae in buccam veniunt, aut
ab aliis ipsis relata sunt, in vulgus spargere haud erubef-
cunt, nouum studii popularitatis (*Publicitæet*) nomen prae-
texentes: nihil tam sanctum atque inuiolabile istis homini-
bus videtur, a quo eorum vel arrogantia vel petulantia ab-
stineat. Etenim non solum salutem et famam priuato-
rum inuadunt ac magistratus calumniis proscindunt, sed

in ipsos adeo principes et rectores ciuitatum pessime invehuntur, dum vel ea, quae ab his gesta sunt, etsi ipsi plerumque harum rerum imperitissimi, audacter et sine vlllo reuerentiae vestigio reprehendunt, immo ciuium ludibrio exponunt, vel iura illorum aperte impugnant, et litibus, quae inter ipsos principes ventilantur, aut discordiis inter principem forte et ciues subortis sponte ac satis impudenter iudices vitio creati se immiscent: qua in re haud paucos auctores et editores ephemeridum atque similis generis collectionum menstruarum, quarum multitudine aetas nostra laborat, nunc imprimis excellere videmus. Nec desunt talis turpitudinis patronis rationes, in quibus praesidium quaerunt, sat speciosae, culturam scilicet ingeniorum, scientiarum incrementa, et humanitatis studium calide prae se ferentes. Quasi absque conuitiis, cauillationibus, impudentia, et intolerabili quadam πολυπραγμοσυνη haec obtineri nequeant? Sed quam male isti homines sibi, ciuibus suis, immo publicae saluti consulant, nemo accuratius et grauius monuit auctore rescripti regii Boruffici d. XIII. Decembris a. MDCCLXXXIV. ad Regimen Halberstadien-

se

v

se in eiusmodi causa transmissi *), qui *Vir* quidam *Illustris-*
simus, in vtraque republica ciuili ac litteraria clarissimus,
esse fertur, vbi ita: *Eine Privatperson ist nicht berechtiget, über*
die Handlungen, das Verfahren, die Gesetze, Maasregeln und An-
ordnungen der Souverainen und Höfe, ihrer Staatsbedienten, Col-
legien und Gerichtshöfe; öffentliche, so gar tadelnde Urtheile zu
füllen, oder davon Nachrichten, die ihr zukommen, bekannt zu
machen, und durch den Druck zu verbreiten. Eine Privatperson
ist auch zu deren Beurtheilung gar nicht fähig, da es ihr an der
vollständigen Kenntniß der Umstände und Motiven fehlt. Sie setzt
sich der Gefahr aus, Verläumdungen, Lästereien, und Unwahr-
heiten auszustreuen, und sich derselben eben so theilhaftig, und da-
her eben so strafbar zu machen, als der Urheber ist. Sie kann
sich auf solchen Fall auch den Rechten nach nicht entbrechen, den
Urheber und Einsender anzugeben, und kann durch eigene Darstel-
lung zur Ahndung von dieser Anzeige sich nicht befreyen. Die
Nation wird durch solche unbedachtsame Bekanntmachung nicht er-
leuchtet, nicht gebessert, sondern verdorben. Die unbedachtsame
Aufklärungssucht unserer Zeiten breitet eine freche Ausgelassenheit
aus, tritt alles, was heilig und ehrwürdig ist, mit Füßen, macht

A 3

dem

*) Quod iam in variis ephemeridibus publici iuris factum est.

dem Volke alles verächtlich, verwirret seine Begriffe, und flößet ihm Aufruhr, Ungehorsam, Zügellosigkeit und Widersetzungsgrundsätze ein, ohne es zu unterrichten, zu erleuchten und zu bessern. Die Ausgelassenheit der Journalisten, Zeitungsschreiber, Sammler u. s. w. verursacht Unannehmlichkeiten mit andern Höfen, und es ist die höchste Zeit und Nothwendigkeit vorhanden, ihr Zügel anzulegen. Quae cum ita omnino sint, facile intelligitur, scriptorem bene cordatum, quando in quaestiones principum iura tangentes incidit, quod imprimis ICTis, qui ius publicum sua opera illustrare student, non potest non saepius accidere, de finibus libertatis sentiendi ac scribendi rite regundis valde sollicitum esse oportere, maxime vero cauere, ne illustrium controuersiarum quasi arbitrum propria auctoritate agens, iuribus singulorum principum aut rerumpublicarum aliquid detrahare temere audeat. Missis igitur reliquis nimiae scribendi licentiae vitiis atque incommodis, multo vberiore tractationem, quam praesens occasio patitur, postulantibus, in hoc solo argumento nunc subsistamus, limites, quos a priuatis scriptoribus in causis publicis tractandis seruari fas est, ad iustitiae normam

mam

mam breuiter deſcripturi *). Quod quidem aliter recte fieri non poſſe videtur, niſi praecepta quaedam communia, quibus officia hominum ac ciuium perfecta circa aliorum iura et lites definiuntur, paucis regulis comprehenſa praemittantur.

Si verum eſt, immo veriſſimum, quod a celeberrimis iuris naturalis iuterpretibus dudum probatum fuit, primam externa iuſtitiae erga alios ſeruandae legem hanc eſſe, ne quis, niſi propriae ſalutis neceſſitate ductus, aliorum iuribus ac commodis temere, hoc eſt, abſque conſenſu eorum, quorum intereſt, aliquid adimere conetur, quid quaero certius tutiusue inde colligitur, quam nemini a natura hanc veniam datam eſſe, vt aliorum iura, quae hi vel habent, vel habere exiſtimant, vlllo modo, ſiue verbis, ſiue litteris, ſiue re ipſa impugnet, dubia reddat, aut ſiniſtrum de iis iudicium publice ferat, niſi cauſa ipſius potiffi-

*) Neque hac in re otium nobis plane feciſſe videtur b. IO. IACOB. MOSERVS, vir magnus, in libello, quem *von der Reichsverfaſſungsmaſſigen Freyheit, von Teutſchen Staatsſachen zu ſchreiben*, Gottingae et Gothae, 1772. 8. edidit, quippe magis exemplis colligendis ac digerendis, quam certis regulis communibus definiendis occupatus, et ſcribendi licentiae nimis paſſim fauens.

potissimum interfit, eiusque propria aut sociorum iura attingat, quorum defensionem cuiuslibet natura permittit? Itaque ut quis alienis litibus vitro se immisceat, eaque suo quasi arbitrio sponte componat, eo minus ferendum est, quo grauius in libertatem et aequalitatem aliorum naturalem impingit, qui neque a partibus litigantibus rogatus, neque in ciuitate iudex publica auctoritate constitutus, tale quid sibi sumit. Nec magis nobis licet super actionibus ac iuribus tertiae personae, quae ad nos nostrosque aut socios plane non pertinent, discordias inter alios excitare, aut alere, aut sopitas resuscitare. Quid enim hoc aliud foret, quam primaria externae tranquillitatis lege penitus euersa genio suo turpiter indulgere?

Quae quidem omnia a viri boni ac honesti officio et moribus eo magis aliena sunt, quo maiora damna atque incommoda ab eiusmodi siue arrogancia, siue petulantia, siue malitia, siue ignorantia et, quae huius comes esse solet, imprudentia pro varia causarum qualitate metuenda sunt; vel quo remotiora a veritate et genuina rerum indole plerumque deprehenduntur, quae imperiti homines de alienis iuribus ac controuersis proferunt; vel quo acer-

biori

biori ratione haud raro in iniurias, immo calumnias degenerante, spretis adeo omnibus modestiae ac reuerentiae legibus erga alios, imprimis pro diuersa personarum conditione obseruandis, suam de aliorum iuribus sententiam publice dicere quis ausus est; vel quo arctiori et sanctiori fidei vinculo talis homo cum eo coniunctus est, cuius iura laceffere non dubitauit. Sane eo grauius vnus quisque peccasse censetur, quo plura et maiora vel officia violasse, vel damna intulisse intelligitur.

Vnde pronò alueo haec fluere videntur:

1) In nulla re maiori cautione opus esse scriptori aliorum iura et litēs tractanti, quam in causis, quae ad ciuitates et principes publico imperio pollentes (nam ceteros, quippe priuatorum iure vtentes, quaestio nostra non tangit) spectant. Illi scilicet, sicut dignitate ac potentia, ita iurium suorum sanctitate prae personis priuatis longe eminent. Hac namque sublata aut imminuta ipsa publica salus atque tranquillitas, a qua tot hominum felicitas pendet, euertitur. Ergo ipsa sana ratio suadet, ne a priuato auctore rerum gestarum, in quibus cardo quaestionis vertitur, quippe arcanis saepe aularum negotiis et rationibus

B

impli-

implicitarum, plerumque non satis gnaro, disputatio super controuersia illustri, quae vel inter ipsos principes agitur, vel principi forte cum ciuibus suis intercedit, sponte et sine graui causa instituatur, nec suscepta modestiae et reuerentiae regulas transgrediatur. Quamquam enim eiusmodi iudiciis et cauillationibus, haud raro tot insignis ignorantiae, arrogantiae ac mentis hebetioris documentis refertis, vt risum magis aut misericordiam rerum intelligentibus mouere, quam periculosa videri possint, publicares non semper detrimenti quid capiat, tamen experientia edocti scimus, hisce conaminibus, inprimis cum a viris fama doctrinae conspicuis profecta et speciosis argumentis exornata aut rudis plebeculae ingenio adcommodata sunt, saepe cum magno publicae quietis dispendio acerrimarum rixarum, immo bellorum semina spargi, lites rectorum diuersarum ciuitatum dudum fere sepultas resuscitari, similitates inter principes foueri et augeri, vinculum concordiae atque obedientiae, quo ciues cum principe suo communis prosperitatis consequendae gratia arctissima ratione coniunctos esse oportet, laxari vel dirumpi, cum graui adeo fortunae illorum iactura, qui, a principe eiusue ministris

nistris ac magistratibus se iniuriam pati, aut libertati civili periculum, non nisi pertinaci obsequii recusatione vel acerbiori adhuc remedio auertendum imminere, istorum hominum nugis fraudulentis ac impudentia misere decepti et aliqua consuetudine, omnia fere, quae ad publicam potestatem pertinent aut ab ea proueniunt, contemnendi, quasi imbuti sibi persuadent. Cuiusmodi exempla in Germania quaerenti, in ingenti litium cum inter ipsos principes, tum inter hos et ciues eorum coram supremis Imperii tribunalibus gliscentium numero non possunt non multa, etiam recentiora occurrere.

II) Maxime autem in hoc genere peccare eos, qui propriae ciuitatis aut principis sui, cuius imperio parent, iura in scriptis publice propositis vel aperte impugnant, vel dubia reddunt, vel de iisdem non satis reuerenter aut imprudenter pronuntiant, nemo, ut opinor, inficias ibit, qui cogitauerit, ciuem, qui iura et dignitatem reipublicae eiusque rectoris minuit, maiestatis reum fieri.

III) Principi igitur potestatem, et in eos ciues, qui vel de ipsius suaeque ciuitatis iuribus ac controuerfiis temere iudicare, vel alienis litibus sponte se immiscentes

aliorum Principum iuribus atque auctoritati aliquid detraxere ausi sunt, animaduertendi, et ne tale quid prodeat aut semel editum in vulgus spargatur, publicae librorum censurae necessitate aliisue similis generis remediis cauendi, salutis publicae ac concordiae cum in sua republica, tum in aliis ciuitatibus conseruandae gratia omnino competere, nemini mirum videatur, solis iis exceptis, qui libidinem suam primam quasi naturae legem reputantes omnia sibi licere existimant, et somnio de omnimoda aequalitate inter homines, quorum tamen felicitas omne suum praesidium in arcto subiectionis ciuilibus vinculo habet, restituenda egregie delectantur.

IV) Sed ne licere quidem principi tolerare, vt in suis terris sinistra de aliorum principum ac ciuitatum iuribus libusue iudicia a priuatis hominibus publice proponantur, satis intelligitur ex praeceptis iuris gentium communis, quod sicut inter ipsas gentes liberas earumque rectores omnes offensiones exulare iubet, et, ne quis princeps aliorum controuersis, quae ad se suumque populum sociosue nullo modo pertinent, temere et absque litigantium venia se immisceat, prohibet, ita nec permittit, vt tale quid a
subditis

subditis suis impune fieri ille patiatur, nisi ipse huius iniuriae particeps et malorum inde forte oriundorum auctor videri velit. Nam qui adprobat illicitas aliorum actiones, is in societatem laesionis ipse venit: quod in principe, qui compertas iniurias a subditis suis aliis illatas non coërcet, eo verius est, quo latiore campum ad omne petulantiae ac cauillationis genus quasi sub publica tutela exercendum ita sibi apertum esse existimabunt, qui exterorum principum iura laceffere sibi religioni non ducunt *). Itaque non in solis humanitatis et mutuae gentium amicitiae officiis, quae imperfecta a iuris naturalis magistris vocantur, sed in ipsis adeo perfectis, quae sine iustitiae naturalis violatione negligi nequeunt, etiam hoc continetur, vt quisque princeps, quantum fieri potest, et caueat, ne in terris suis libelli, quibus aliorum principum iura sine iusta causa ac ex mero priuatorum arbitrio impugnantur, publice edantur ac propalentur, et subditorum suorum audaciam,

B 3

si tale

*) Egregia plane sunt et ad nostrum imprimis argumentum adcommodata, quae b. VATTÉLIVS, qui quomodo intima de iuribus et officiis gentium inter se philosophia cum ipso rerum vsu rite coniungenda sit, primus docuisse videtur, in celeberrimo opere: *Le Droit des Gens* Lib. II. Cap. VI. §. 72 — 77. hanc in rem attulit.

si tale quid conati fuerint, quam primum illud comperuerit, etsi a laeso principe non rogatus, vel lenioribus vel seuerioribus poenis pro causae, damni, periculique inde metuendi qualitate ac modo violatae reuerentiae cohibeat *). Quae quidem obligatio eo maior existit, quo sanctiori foederis alicuius vinculo ipsae hae ciuitates earumque rectores inter se coniuncti sunt: quod imprimis in principibus Germaniae cernitur, quos communem regni Romano - Germanici formulam arctius adhuc iis, qui gentibus prorsus liberis praesunt, iunxisse, neminem fugere potest, qui non plane expers est legum Imperii nostri, quae et concordiam, mutuamque amicitiam ac humanitatem illis, ut vniuersi regni socii, in vniuersum tantopere commendant, et, dum rem librariam ordinant, ne in libris libellisue publice propositis alicui iniuria fiat, prospiciunt **). Cuius quidem admodum laudabilis et necessariae

*) Exempla, quibus haec principia illustrantur, ex rebus nostra aetate gestis deprompta apud b. 10.

JACOB. MOSERVM in *Versuch des neuesten. Europäisch. Völkerrechts*, P. I.

pag. 292 sqq. P. VI. pag. 79 sq. et P. VIII. pag. 38 sqq. occurrunt.

**) *Recess. Imp. Spirensis a. 1010* §. 9. *Augustanus a. 1010* §. 58. et *Spirensis a. 1010* §. 154 sqq.

Refor-

cessariae curae publicae circa arcendas priuatorum hominum in principes iniurias exemplum recentissimum Saxonia nostra, sub felicissimo ac sapientissimo FRIDERICI AVGVSTI imperio bonarum legum ac salutarium institutorum fertilissima, praebet *). Quis igitur credat, scripto-

Reformatio Polit. Imp. Augustana lativs annoch ausdrücklich zu verord-
 a. MDCLXVIII. Tit. 34. et Franco- nen der Nothdurft befunden, daß von
surtana a. MDCLXXVII. Tit. 35. Imp. denen Censoribus der Gebrauch belei-
 CAROLI VI. Edictum a. MDCCXV. digender Ausdrücke gegen regierende
 Imp. FRANCISCI I. Bücher - Patent Herren, oder auch Privatpersonen in
 a. MDCCXLVI. Conf. IO. IAC. MO- denen von ihnen zu durchgehenden
 SERVS v. d. Landes - Hoheit in Poli- Schriften, schlechterdings und bey
 ceey - Sachen, Cap. III. §. 17. nec non Vermeidung unausbleiblicher Ahndung
 in Teutsch. Nachbarl. Staatsrecht nicht gestattet werden solle; Als be-
 lib. II. Cap. I. et lib. IV. Cap. I. §. 2. gehren Wir hiermit gnaedigst, ihr

*) Ita scilicet Supremus Senatus wollet sowohl euch selbst hiernach
 Ecclesiasticus Dresdensis Serenissimi gehorsamst achten, sondern auch we-
 Principis Electoris nomine die 20 gen solcher in eurem Sprengel gelege-
 Martii a. MDCCCLXXXVI. rescripsit: nen Orte, wo Buchdruckereyen vor-
 Würdige, Veste etc. Demnach Wir handen, an - und durch die euch un-
 zur Erlaeuterung des zu besserer Ein- tergebenen Superintendenten das des-
 richtung der Bücher - Censur festge- halb weiter Noethige verfügen.
 setzten per Rescriptum vom 6ten Maii Daran etc.
 1782. auch euch zugefertigten Regu-

scriptores priuatos in vlla parte Germaniae eo audaciae progredi posse, vt non solum de iuribus ac controuersis illustribus, quae nunc ventilantur, satis arroganter ac immodeste pronuntient, sed ipsos adeo principes eorumque ministros, qui nunc viuunt, fraudis, iniustitiae, crassae imperitiae aperte accusare, immo subditos ad iura ac priuilegia principum suorum violanda et euertenda clara voce prouocare non vereantur? Sed illud tamen hoc inprimis tempore, quo fines inter sentiendi libertatem ac licentiam vel potius impudentiam regundi studium multis difficultatibus premitur, sine vilo, vt videtur, publicae animadversionis metu, omni fere abiecto pudore, alicubi passim fieri intelligimus *). Quapropter, vt noua lege Imperii communi tanta scribendi licentia reprimatur et ad iustos limites reducatur, salutis publicae causa optabile est.

Sed has, quae haecenus expositae sunt, regulas vniuersales age nunc ad varias species in hoc scribendi genere
obuias

*) Exempla recentissima si quaeris, peruolue SCHLOEZERI *Staats-Anzeigen*, farraginem: *Der Deutsche Zuschauer* inscriptam, et syllogen, quae sub titulo: *Goettingisches historisches Magazin*, cura MEINERSII atque SPITTLERI, Professorum Goettingensium, prodit.

obuias ita adcommodare studeamus, vt quando secundum diuersas causas, quae priuatos homines ad lites illustres tractandas plerumque impellunt, illarum rigor vel exulet vel minuatur, breuiter disquiramus.

1) Ac primo quidem si ad naturalem illam facultatem cuius homini innatam, iniuriam sibi illatam propellendi et iura sua tuendi, animum attendimus, rationem admodum probabilem inuenisse videmur, ob quam homo etiam priuatus cum principe aut republica de aliqua re propria auctoritate et scriptis interdum publice propositis citra ullam arrogantiae ac laesae reuerentiae notam certare omnino possit: seruatis tamen iustis, qui hominibus in ciuitate versantibus constituti sunt, propriae defensionis limitibus, ac remotis omnibus, quae magis iracundiam, vindictam, et iniuriandi animum produnt, aut tranquillitati publicae obsunt, quam necessariae defensionis inseruiunt. Vnde facile aestimare licet, quid de pruritu, querelas singulorum ciuium, qui se a principe siue magistratu iniuriam passos esse putant vel potius haud raro sibi aliisque persuadere cupiunt, priuato arbitrio in vulgus propalandi, quem non sine maximo publicae disciplinae detrimento in dies cre-

C

fcere

scere animaduertimus *), iudicandum sit. Quid enim hoc aliud est, quam et vindictam proprio ausu sumere, in principum ac magistratum contemptum, et immorigeris ciuibus receptacula ac pertinaciae suae praesidia praebere? Sed aliter profecto se res habet in iis, qui cum principe aut magistratu litigantes in collegio vel iudicio, ad cuius cognitionem ea controuersia spectat, causae suae argumenta, iuris ordine haud neglecto, ac litis grauitate postulante et ex more recepto, in scriptis publice diuulgandis, etsi grauiter, modeste tamen exponunt: quod in primis in supremis Imperii Germanici tribunalibus quotidie fieri videmus.

2) Cum autem et principes litigantes, et priuati homines, qui cum illis ex iusta forte causa certant, in iuribus suis explicandis ac defendendis aliorum, iurisperitorum nempe, opera uti soleant, non temere quaeritur, quibus finibus libertas Icti priuati (nam de eo, qui publici muneris causa et principe suo iubente aut saltem annuente talem litem tractat, nulla plane dubitatio esse potest) de eiusmodi controuersis responsa edendi et deductiones, quas

*) Largam exemplorum copiam in *Staats-Anzeigen*, et *Editores des iterum suppeditant SCHLOEZERVS Deutschen Zuschauers.*

quas vocant, palam proponendas compilandi circumscripta fit? Ac consultum quidem ab alterutra parte Ictum aliquem aut integrum iuris peritorum collegium eiusmodi operam sibi demandatam iure suscipere atque perficere, eo minus ambigendum videtur, quo praestantior pars officii Ictorum, auctore CICERONE *), respondendo, agendo, et cauendo absoluitur. Sane qui rogati et necessariis subsidiis instructi patrocinium alicuius causae suscipiunt, sponte alienis litibus se immiscere aut aliorum iura propria auctoritate aggredi non censendi sunt: nam quicquid faciunt, ex consensu et nomine eius, qui mandauit, peragunt. Sed caue ne hanc Ictorum libertatem tam late vagari existimes, vt ad iura sui principis et propriae ciuitatis impugnanda operam suam siue subditis, siue aliis principibus praestare iisdem omnino liceat. Scilicet qui aduersus principem ac rempublicam, cuius ciuis existit, aliquid molitur, fidem, qua vtrique tenetur, pessime frangit, et in crimen maiestatis incidit. Ergo quod iuris peritis exteris, ab iis, quorum interest, aut alterutra litigantium parte interrogatis, de causa illustri ad illorum patriam haud spe-

*) CICERO *de Orat.* lib. I. cap. 48.

stante decernere ac scribere, sine vlla officii violati specie licet, id non impune cedet domesticis aduersarios principis sui aut reipublicae adiuuantibus, nisi vel eius rei veniam nacti fuerint, vel lis coram ipsis patriae tribunalibus, quemadmodum imprimis in causis fiscalibus (in quibus boni cuiusuis aevi principes coram propriis iudiciis se iudicari passi sunt) tantum non in omnibus terris fieri solet, ventiletur, cum princeps, qui suorum tribunalium arbitrio causam propriam secundum patriae iura cognoscendam submittit, non possit non simul permittere, vt aduersae parti iura sua tuendi et per domesticos ICTos, qui harum rerum peritiores sunt extraneis, et in multis terris facultate causas in foro orandi, his plane exclusis, soli gaudent, exponendi relicta sit potestas liberrima.

3) Quid vero de iis dicendum, qui patriae amore et pietate in principem suum ducti, hoc neque iubente neque annuente, ad eiusdem iura contra aduersarios explicanda et defendenda sponte accedunt? id quod imprimis belli tempore crebro fit. Mihi sic videtur, non esse quidem hanc rem, nisi expressa forte principis prohibitio obsistat, prorsus illicitam, (nam prodit tantum non semper insigne

et

et laudabile de ciuitate sua bene merendi studium) sed
 saepe tamen periculosa. Etenim cum homines priuati,
 qui ex mero arbitrio suo de controuersis illustribus scri-
 bunt, vt plurimum neque idoneis et omnibus ad causam
 accurate cognoscendam necessariis praesidiis instructi, ne-
 que rerum in principum scriniis gestarum satis gnari, neque
 artem res, quas norunt, et argumenta causae suae, vt opi-
 nantur, inseruientia, instar prouidorum patrumfamilias
 arcanas rei familiaris rationes occultantium, prudenter tra-
 ctandi rite callentes, tale opus adgrediantur: haud raro con-
 tingit, vt, dum prodesse cupiunt, re ipsa noceant, ac, etsi
 ab omni dolo atque fraude longe remoti, culpa sua com-
 mittant, vt publica res detrimenti quid facile capere possit,
 seque quasi maiestatis reos et dignos siue reprehensione,
 siue animaduersione publica ipsi fecisse videantur. Cuius
 mali cauendi gratia solet alicubi passim impressio scripto-
 rum, quae ad publica iura eius prouinciae, in qua edun-
 tur, spectant, non, nisi difficulter et praeuio rigoroso exa-
 mine, concedi.

4) Vna superest primaria species de cura ab historia-
 rum aut iuris publici scriptore adhibenda, ne, dum con-

trouersias illustres cum argumentis, quae tractat, coniunctas tangit, in iura principum ac rerum publicarum iniurius esse videatur. Tantum quidem abest, ut diligens rerum gestarum perscrutatio et paullo vberior singularium quaestionum iuris publici explicatio, vna cum monumentorum anecdotorum, quibus eiusmodi argumenta vel nituntur vel illustrantur, editione, piacula censerentur, ut potius haec studia, quae inter praecipua salutis publicae praesidia merito referuntur, ab ipsis ciuitatum rectoribus, nostra imprimis aetate, egregie augeantur et adiuuentur. Sed quemadmodum medicina alias salutaris abusu in venenum facile conuertitur, ita in hoc litterarum genere imprudenti rerum arcanarum aut turpium patefactione, falsis narrationibus, contortis legum fundamentalium aut pactorum publicorum interpretationibus, opinionibus paradoxis ad fallendos imperitos, praesertim cum speciose exornatae fuerint, aptissimis, controuersiarum antiquarum ac fere obliuatarum renouatione, seminibus nouarum rixarum spargendis, praepostero ac temerario arbitrio super litibus illustribus nondum decisis aut futuris interposito, aliisue modis multum saepe damni inferri posse constat. Ab his igitur

igitur omnibus, quibus salus atque tranquillitas publica turbari aut iuribus ac honori principum, eorum imprimis, qui tum regnant, aperte detrahi videtur, historiarum scriptorem aequae ac iuris publici interpretem ita abstinere oportet, ut ea vel plane intacta relinquat, vel, ubi indoles argumenti, quod tractat, aliter non patitur, stilo moderato et cum venia eorum, quorum interest, (quae in iis quidem litibus principum Germaniae, quae in comitiis regni nostri vniuersalibus vel coram supremis Imperii tribunalibus publicis scriptis ventilata sunt aut nunc ventilantur, tacite concessa intelligitur) proponat.



Iam

Iam vero ipsas causas sollemnis panegyris in nostro auditorio instituendae, cuius indictioni ista praefati sumus, fas est commemorari. Scilicet cum dudum in votis nostris esset, ut in Themidis sacrario apud nos aliquod summae nostrae in SERENISSIMUM PRINCIPEM ELECTOREM, FRIDERICUM AUGUSTUM, verum, sicut uniuersae patriae, ita huius inprimis academiae PATREM, sapientissimum legislatorem et iustitiae statorem grauissimum, pietatis monumentum existeret, in quo raras TANTI PRINCIPIS virtutes quasi coram quilibet admirari posset, et iuris studiosi insignium beneficiorum ab eximia EIVSDEM gratia in ipsos professorum quotidie recordarentur, contigit nobis haec felicitas, ut INDVLGENTISSIMI PRINCIPIS IMAGINEM, IPSO preces nostras humillimas haud aspernante, palam ibi collocare nunc liceret. Quod quidem ne inauspicato a nobis fiat, Ordinarius noster, CAROLVS GODOFREDVS DE WINCKLER, in nostro auditorio die xxx. Aprilis, quo ipso tabula SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
 IMA-

IMAGINEM a perito artifice depictam repraesentans ibidem proposita primum publice conspicietur, orationem, *de meritis FRIDERICI AVGVSTI, nunc feliciter regnantis, in amplificanda Saxoniae iustitia,* recitaturus, deuotae gratitudinis sensum, qui in nobis est, declarabit et pia vota pro longaeua OPTIMI PRINCIPIS incolumitate nuncupabit.

Hac cum sollemnitate vt alia coniungi possit, facit honestissima voluntas Clarissimi Candidati,

M. IOANNIS GODOFREDI QVANDTII

L I P S I E N S I S,

qui, vt eodem die supremi iuris scientiae honores ipsi conferrentur, a nobis petiit. Huius vitae haectenus laudabiliter gestae ratio haec est:

Natus est in hac vrbe anno *MDCCCLIX* patre IOANNE GOTTLOBIO, mercatore, quinque abhinc annis morte sibi erepto; matre vero CHRISTIANA ROSINA GRASSHOFFIA, quam adhuc superstitem pie suspicit. Hi praestantissimi parentes primum b. HÜBSCHMANNO, Collegae Scholae, quae a S. Nicolao nomen habet, tertio eundem erudiendum tradiderunt; deinde precibus eius et hoc dederunt, vt ad mercaturam fa-

D

ciendam

ciendam auocatum mox litteris restituerent. Itaque ab anno
 CIOIOCCCLXXIIII publica priuataque disciplina BERINGERI,
 FORBIGERII et MARTINI, Scholae S. Nicolai praeceptorum,
 frui contigit. Iam an. CIOIOCCCLXXVIII nomen apud b. POH-
 LIVM, Rectorem tum huius academiae Magnificum, professus
 in litteris humanioribus FORBIGERVUM, b. CLODIVM, MORVM,
 REITZIVM et ERNESTIVM; in philosophicis CAESAREM
 atque PLATNERVM; in mathesi pura ZWANZIGERVUM; in
 physica demum experimentalis b. LVDWIGIVM duces habuit.
 Iurisficientiam vero docuerunt POHLIVS, EINERTVS, BIENE-
 RVS, BIEDERMANNVS, ARNDTIVS, SAMMETVS, SCHOTTVS,
 ZOLLERVS, SEGERVS, nec non Ordinarius noster DE WINCK-
 LER, sub cuius praesidio an. CIOIOCCCLXXXIII dissertationem
de iuramento religionis defendit. Mox examine ad dignitatem Bac-
 calaurei Iuris consequendam cum laude superato eodem anno in
 Georgiam Augustam GATTERERO Prorectore, cum BERGOLDIO,
 qui et in hac academia curam studiorum eius habuerat, quemque
 amicum integerrimum praedicat, concessit. Ibi in disciplinis
 philosophicis FEDERO, in historicis SPITTLERO, in notitia re-
 rum publicarum SCHLOEZERO, in technologia, mercium no-
 titia, mercaturae, politicae ac reddituum publicorum administran-
 dorum scientia BECKMANNO adsedit. Vicissitudines, Ius pu-
 blicum, Processum iudicarium et ius priuatum Principum Im-
 perii Rom. Germanici PÜTTERVS ipsi exposuit, cuius et CLAP-

ROTHI

ROTHI scholis practicis quoque interfuit. Praeterea in iure
 ciuili WALDECKIUM et MOECKERTUM, in iure feudali BOEH-
 MERUM, in iure vero criminali MEISTERUM adiit. Reuersus
 dein an. MDCCCLXXXIII in patriam Ordinis nostri tentamini
 rigorofo se subiecit, quo peracto triennium fere itinere per Ger-
 maniam, Heluetiam, Italiam, Galliam, Magnam Britanniam et
 vtrumque Belgium instituto consumfit. Tandem iterum in
 patriam redux Ampliffim. Philosophorum Ordo in hac acade-
 mia Magistrum liberalium et artium eundem nuper creauit.

Nunc autem ex academicis honoribus nihil amplius
 ipfi tribuendum fupereft, nifi Doctoris vtriusque iuris
 elogium, quo iam tum, cum, vt diximus, ante aliquot
 annos in examine rigorofo denuo fuam doctriam no-
 bis maxime probaret, dignus habitus omnino fuit. Quod
 quidem vt rite in eum conferatur, ille primum futuro
 die XXVIII. huius mensis hora II post meridiem au-
 dita *L. 8. C. de Reuoc. Don.* publice interpretabitur,
 post die Iouis proxime fequenti, qui eft XXX. prae-
 fentis mensis, in noftro auditorio ab hora VIII. Diffe-
 rationem inauguralem: *Florum fparfio ad doctriam
 de iureiurando*, infcriptam defendet Praefide Ordinario
 noftro, CAROLO GODOFREDO DE WINCKLER, qui et
 ipfe, finito hoc litterario certamine, habitaque fupra
 memorata oratione, munere Promotoris, quod a Pro-
 cancellario legitime conftituto, D. AVGVSTO FRIDE-
 RICO SCHOTTO, Collega noftro, in eundem delatum
 D 2 est,

est, functurus, dignissimum Candidatum ritu maiorum iuris vtriusque Doctorem renunciabit, eique omnia iura ac privilegia, quae cum hac dignitate coniuncta esse solent, sola spe aliquando in collegio nostro sedem atque suffragium nanciscendi, excepta, impertietur.

Huius igitur diei sollemnitatem vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES, VTRIVSQVE REIPUBLICAE PROCERES, sua praesentia exornare, eidemque GENEROSISSIMI AC NOBILISSIMI CIVES frequentes interesse velint, ea, qua par est, obseruantia rogamus. P. P. Dominica Misericord. Domini a. MDCCLXXXVIII.

L I P S I A E
EX OFFICINA SAALBACHIA.

